

opinionem Theologorum, indistincte negantem posse dispensare Papam super huiusmodi matrimonio rato non consummato: Nam cum agunt de dispensatione satis praesupponunt, causam adesse debere, alias enim non esse dispensatio, sed potius dissipatio, ut in dispensatione, quae sine causa fit, dicit Archid. in c. consequens, distinct. 2. Ioan. Andreas in c. de multa, col. 5. de prebend. & alios referens D. Molin. de Hisp. primog. lib. 2. c. 7. n. 31. Secundo, quia rationes & fundamenta partis negatiuae id concludunt, etiam stante causa, quia fundantur in indissolubilitate matrimonij à iure diuino eidem attributa, iuxta illud Matth. 19. *Quod Deus coniunxit, &c.* Tertio, quia nulla alia causa in iure exprimitur ad dissoluendum huiusmodi matrimonium, nisi solius ingressus religionis, eaq; ab auctoritate diuina deducta, ut est praedictum: Quae igitur alia legitima esse potest, ob quam Papa dispensare possit? Quarto, quia etsi regulariter cum causa possit Papa dispensare aduersus ius commune, ut supra asseruimus, id intelligendum est cum causa legitima, hoc est, à iure approbata: Hic autem nulla talis esse potest praeterea à iure expressam, atq; ab ipso iure diuino deductam, de qua in d. c. ex publico, ut est praedictum: Ergo, &c. Praeterea procedere poterit in iure diuino vel naturali non absoluto, sed orto vel pendente ab actu hominis: sicut in matrimonio, cuius vinculum est de iure diuino & naturali absoluto, ut praediximus.

Ex quibus à fortiori dicendum esse reor, minime esse verum, quod ex Socin. & sequacibus modo retulimus, nempe posse Papam dispensare de potestate absoluta, etiam sine causa, de voluntate amborum coniugum super matrimonio non consummato: Se enim etiam cum causa id facere non posse supra resoluius, à fortiori sine causa: & ita merito Socin. reprobat Curtius Iunior ubi sup. d. conf. 170. c. n. 27. & 28.

Haec dicta sunt, quia de iuris rigore mihi verior, & probabilior visa est sententia Theologorum: Inficari tamen non potest, quin opposita sententia probabilis sit, ideoque si Romanus aliquis Pontifex eam sequendo ex causa legitima dispense, factum tenebit.

SUMMARIUM.

1. Matrimonio contracto ab impuberibus vel à pubere, & impubere, seruata forma sacrosancti Concilij Tridentini, an postea, adueniente pubertate, debeat rursus expressè eadem forma repetita, an vero tacite ratificetur interueniente copula, mutua cohabitatione, osculis vel amplexibus? & n. 1. q.
2. Ante Concilium Tridentinum praedicta sufficiebant.
3. Si post contractum de facto matrimonium in facie Ecclesiae & consummatum, aliter coniux sit conficius impedimenti secreti ipsi dirimentis, & obrepta dispensatione contrahere iterum velis, tunc absque testib. sufficit contrahere ad uitandum scandalum secundum Caeter. & communem: sed post Concilium Tridentinum non procedit: & quid hoc casu faciendum sit, num. 7. & 8.
4. Copula post sponsalia de futuro sequuta, hodie non sufficit ad praesumendum coniugalem consensum, neque aliquod aliud signum, nisi expressus simulaneus consensus utriusque partis coram parocho & testibus per verba de presenti vel signa sufficientia exprimat.
5. Contractus sponsalibus de futuro coram parocho & testibus, postea cum inter eosdem contrahitur matrimonium de presenti, seruari debet forma sacri Concilij Tridentini, parochi & testium, alias non valebit matrimonium.
6. Altus à principio nullus, postea accedente consensu incipit valere prout ex tunc.
7. Matrimonium per verba de presenti contractum ab impuberibus, resoluitur iuris interpretatione in sponsalia de futuro: & ideo si cum alio factus pubes contrahat de presenti in facie Ecclesiae, validum esse & seruandum hoc secundum matrimonium.
8. Impuberes, qui sponsalia contraxerunt, facti puberes, possunt pariter.

salua de futuro: & ideo si cum alio factus pubes contrahat de presenti in facie Ecclesiae, validum esse & seruandum hoc secundum matrimonium.
 10. Impuberes, qui sponsalia contraxerunt, facti puberes, possunt pariter.
 Doctor Ioannes Segura Vbetensis capitur.

CAP V T XVIII.

De matrimonio de presenti contracto à duobus impuberibus, vel à pubere & impubere, maioribus tamen septennio, solemniter coram parocho & testibus, vtrum post pubertatem, interueniente copula, cohabitatione, amplexibus vel osculis ratificetur, absque eo, quod eadem solemnitate repetita de nouo celebretur?

Qvaestio noua, nobis tamen necessario in praxi decidenda se offert, quae valde difficilis visa est, in hunc modum: Quidam impuberes huius Episcopatus Ciuitatis, maiores tamen septennio (vel pubes & impubes de quibus in proposito idem est iudicium) contraxerunt inter se coram parocho, & testibus solemniter matrimonium, praecedentibus bannis, ceterisque solemnibus à sacrosancto Concilio Tridentino, sessione 24. capite primo, de reformatione matrimonij, requisitis, post ipsius publicationem postea simul cohabitauerunt in eadem domo cum parentibus eorum, qui secundo inter se, eadem die iridem contraxerunt, & post pubertatem masculus à praedicta cohabitatione discessit semperque extra iudicium reclamauit atque contradixit praedicto matrimonio, tandem cum esset maior 22. annorum, in iudicio coram me Ordinario petiit licentiam ad contrahendum cum altera, atque praecedens assertum matrimonium à se impubere contractum, nullum iudicari: cui se opposuit sponsa contrarium petens, praefatum nempe matrimonium validum fuisse & esse, ac proinde pro tali declarandum, ipsumque vitam compellendum censura Ecclesiastica, ad nuptias publicas celebrandas: Quoniam etsi ab impuberibus fuisset contractum, quod negabat, adueniente tamen pubertate, praesertim in praedicta simultanea cohabitatione, ratificatum fuisse: de copula vero, osculis, donis nec amplexibus nihil fuit allegatum; Quinimo ipsa fuit confessio in iudicio copulam minime interuenisse, tandem causa conclusa ad diffinitiuam probataque impubertate viri tempore contracti matrimonij & praedicta simultanea cohabitatione, ante & post pubertatem? Causa ad me delata fuit, ut ipsam diffinirem, in qua diu anxius fui, quia durum, nimis mihi videtur, matrimonium in facie Ecclesiae contractum, nullum iudicari, praesertim subsequente praedicta cohabitatione. Rursus & de conuerso videbam, noluntatem expressam viri post pubertatem declaratam atque praedictam cohabitationem, non praecipue ratione praedicti matrimonij, sed alterius, quod parentes eorum eadem die contraxerant & tantquam filiorum suorum ratione obsequij eidem debiti subsequutam fuisse: posteaque displicuisse eidem sponso atque à domo sponsae recessisse, praeterea copulam nec amplexus, oscula nec dona aliqua intercessisse. Tandem cum saepe ac saepius vent mecum reuoluens contulissent, decreui dubium contere huiusmodi, cuius decisione res aperta fieret atque sine scrupulo.

Nempe; An? *Matrimonium verbis de presenti coram parocho & testibus tribus celebratum ab impuberibus, vel à pubere*

à pubere & impubere maioribus, tamen septennio adueniente pubertate, per copulam mutuanve cohabitationem, oscula vel amplexus, validum & ratificetur, etiam si iterum non exprimat consensus expressus coram parocho & testibus praesentibus: Et videtur sufficere priorè solemnitate, iuxta formam Concilij Tridentini, tempore contracti matrimonij interuenisse, subsequuta copula vel mutua cohabitatione, osculis, donis & amplexibus, post pubertatem intercedentibus: Ex his enim deduci videtur, tacitus consensus approbandi & ratificandi praecedens matrimonium, ut in cap. 1. §. idem quoque, de de sponsal. impub. lib. 6. vbi probatur, quod si duo impuberes, vel pubes & impubes, non proximi pubertati, & in quibus aetatem malitia non suppleat, per verba contraxerint de presenti, quamuis matrimonium contrahere intenderint, iuris tamen interpretatione sunt sponsalia de futuro, & per aduentum pubertatis in matrimonium non transeunt de presenti nec matrimonium, (quod ut matrimonium etate non tenit prohibente) per lapsum diei temporis conualecit, nisi per carnis copulam subsequatur vel ob aliquem modum alium contrahentes eosdem, cum eiusdem perseverantia voluntatis ad pubertatis tempora peruenisse constiterit euidenter, vbi gloss. verb. modum, alium exponit, ut quia simul cohabitauerunt vel se coniuges nominabant & amplexabantur, vt coniuges, cuius gl. sententiam atque intellectum approbant Henricus & alij Doctores in cap. aeternitatis, colum. 2. de desponsatione impub. Ludouicus Gozadinus consil. 2. colum. 1. penultima, Ruynus consil. 203. num. 2. volumine 1. dicit communem Decius consil. 368. num. 2. & Parisiens. consilio 81. volumine 4. colum. 2. Estque communi omnium iudicio recepta haec interpretatio, ut affirmat D. Couart. in 4. de sponsal. 1. par. cap. 4. §. 2. numer. 3. sequitur etiam Alfonso à Veracrucè in Specul. coniug. 1. par. artic. 20. in fin. & plures allegans Ioannes Matiene in rubric. tit. 1. de matrim. lib. 5. noua collect. reg. glossa 1. n. 57. & 58. vbi idem esse asserit in copula paulo ante pubertatem habita. Quae opinio proculdubio iure communi attento tenenda est, tametsi Couart. ubi supra, num. 4. pluribus fundamentis ab ea discedat, egregie ferens communem praefatum illius text. intellectum, alium eidem assignans: item Dominicus à Soto in 4. sentent. dist. 2. art. 4. pag. 126. col. 2. Communis namque hodie expresse approbatur in l. 3. §. 1. par. 4. in l. 8. eiusdem tituli, in vtriusque la nouena, & vtriusque Gregorius Lopez notat.

Secundo, pro eadem parte facit praefatum decretum Concilij Tridentini. ibi: *Qui aliter quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu Ordinarij licentia & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attemptant, eos sancta Synodus ad se contrahendum omnino inhabiles reddat: At in specie proposita impuberes contraxerunt, seruata praed. forma. Ergo non sunt inhabiles ad se contrahendum nec incidunt in poenas decreti. Quinimo videtur hic casus, tanquam omniuis, remanere sub iuris communis dispositione hoc est dist. c. 1. §. idem quoque de desponsal. impub. lib. 6. iuncta supra dicta communi gloss. & Doctorem interpretatione quam modo aduicimus: Ergo cum in praesenti dubio atq; specie proposita, post pubertatem contrahentes cohabitauerunt, licet caetera non intercesserint, videntur ex eo tacite consentire atque de nouo, etate superueniente, approbare & ratificare matrimonium de presenti, ante pubertatem coram parocho, & testibus iam contractum, quae praesentia parochi & testium, tunc interueniens, sufficere videtur per supra dicta.*

Tertio, eadem pars comprobatur ex doctrina Caeteri in sua Summa, verb. matrimonium 1. pag. mihi 486. in par-

uis, vbi tenet, quod si post contractum de facto, tantum matrimonium in facie Ecclesiae & consummatum alter coniugum sit conficius impedimenti secreti, ipsum dirimentis obrepta dispensatione contrahere iterum velit, tunc absque testimonio sufficit contrahere ad uitandum scandalum, imo debet etiam alteri coniugi occultare & ab illo petere, vt pro sua consolatione velit iterum acceptare se in coniugem & sic contrahere: Nā cessant in huiusmodi casu omnia inconuenientia: Itaque solemnitas primo matrimonio nulliter contracto interueniens, sufficit, cum postea de nouo valide contrahitur, etiam si ea tunc temporis non repetatur. Quae doctrinam Caeteri sequuntur plures, quos retuli in mea tractatu de iramento confirmat. 1. par. cap. 51. nu. 21. Etque communis, ut infra post secundam opinionem & tenendam dicemus: Quod procedere poterit, etiam post Concilium: Ipsum namque introduxit praed. solemnitate in matrimonij contrahendis, ad uitanda inconuenientia, quae alias ex clandestinis matrimonijs oriebantur, ut in decreto primo, de reformat. matrim. sessione 24. Haec autem inconuenientia cessant in praefata specie, quia matrimonium primum fuit celebratum publice, & iuxta formam Concilij. Igitur eadem forma non est iterum repetenda: Quia quando constitutio aliqui prohibet vel disponit ad uitanda inconuenientia, illis cessantibus, cessat & prohibitio siue dispositio, argumento doctrinae Abb. in cap. quoniam contra, nu. 6. de probat. Et ita hanc partem in terminis nostrae quaestionis vno verbo tenui in d. 1. par. de iramento, confirmat. c. 5. n. 1. & 8.

His tamen omnibus non obstantibus, contrarium verus esse iudicauis, nempe hodie, attento praefato decreto Concilij Tridentini, non sufficere impuberes contraxisse palam, praesente parocho & testib. & quod adueniente pubertate, per copulam vel amplexus & oscula declaratur perseverantia voluntatis iuris praesumptione: quod hodie non sufficit, nisi expresse consensus declaratur post pubertatem coram parocho & testibus, quod sequentibus rationibus comprobatur.

Primo, quoniam etsi inter impuberes, vel puberem & impubere, per verba de presenti publice contrahatur, verba illa de presenti, resoluuntur in sponsalia de futuro, iuris intellectu, ut in d. §. idem quoque, & in d. l. 3. tit. 1. par. 4. si sunt sponsalia: Ergo vtriusque consensus coniugalis expressus non est: Expressi ergo is oportebit coram parocho & testibus, iuxta formam Concilij Tridentini, quia impuberes consensum coniugalem non habent nec praestare possunt ante pubertatem, ut in d. §. idem quoque, & in c. a. nobis, vbi id notat Praepos. n. 2. in fin. de desponsal. impub. & in c. a. de sponsal.

Secundo, quia iuxta Concil. Tridentini d. decreto 1. de reformat. matrim. sess. 24. consensus coniugalis mutuus ab vtroque coniuge est praestandus, non per verba de futuro, sed de presenti, coram parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarij licentia, & coram duobus vel tribus testibus: alias inhabiles ipso iure redduntur ad se contrahendum, contractusq; sub alia forma celebratus est nullus, ita vt liceat cum alia vel alio contrahere, non obstante huiusmodi clandestino contractu, vt pote nullo.

Quin etiam si copula post sponsalia de futuro sequuta, hodie non sufficit ad praesumendum coniugalem consensum nec aliquod aliud signum, nisi expressus simultaneus consensus utriusque coram parocho & testib. per verba de presenti vel signa sufficientia exprimat, vt late resoluius in dict. c. 5. n. 12. & seq. & post me Matiene in rubric. tit. 1. lib. 1. noua collect. reg. gloss. 1. num. 57. & sequen. Et ita declarauerunt Reuerendissimi Cardinales à sede Apostolica deputati ad declarationem dubiorum sacri Concilij Tridentini. his verbis:

Decretum Concilij Tridentini, *session. 24. c. 1. de reform. matrim.* annullat tantummodo contractus matrimonij per verba de presenti clandestine factos, sponsalia tamen per verba de futuro, relinquit in terminis iuris communis, præterquam quoad copulam, quia per eam non transeunt in matrimonium, ut ex quodam sumpto declarationum eorundem Cardinalium decretis, *declarat. 45.* Ergo cum consensus per verba de presenti præstitus ab impuberibus, vel à pubere & impubere, non sit validus ad efficiendum matrimonium de presenti, ætate prohibente, sed iuris interpretatione sint sponsalia de futuro, consequitur, necessarium esse post pubertatem expressam consensum coniugali præstare coram parcho & testibus, ad efficiendum verum matrimonium: nam antea præstitus non fuit coniugalis nec efficax matrimonij.

5 Tertio, ex + eo apertissime conuincitur isthæc sententia, quoniam si aliud diceremus, sequeretur inde, quod contractus sponsalibus de futuro à puberibus coram parcho & testibus, postea contrahi matrimonium de presenti inter eosdem abique parcho, & testibus, à sacro Concilio in matrimonij celebrandis requisitis, essetque validum huiusmodi matrim. clandestinum, ex sola presentia eorundem tempore sponsalium de futuro, si repetita censenda esset atque sufficiens pro tempore matrimonij. Consequens est falsum, quia contra verba expressa, mentem ac formam sacri Concilij Tridentini ut patet: Ergo & antecedens.

6 Quarto roboratur eadem sententia, quia licet principio forma Concilij seruata fuerit, nihilominus tamen consensus tunc præstitus illegitimus fuit ad matr. (ætate prohibente) contrahendum, siquæ non potuit ab eo actus incipere, ac proinde retrotractio locum non habuit, cum extrema sint inhabilitas, *inual. si is, qui pro tempore, cum materia ff. de iur. iur. c. 1.*

Præterea + & quinto, quia actus à principio nullus, postea, accedente consensu, incipit valere, prout ex tunc, iuxta gl. receptam in *reg. non firmatur, de reg. iur. in 6. verb. sed non, ubi. V. de am. ergo.* At vero hoc matrimonium non potest valere prout ex nunc, deficiente forma Concilij, nec valet prout ex nunc propter impedimentum iuris ex defectu legitima ætatis: Igitur nota forma Concilij repeti debet. Quibus fundamentis, post primam editionem dicti mei tractatus de *inram confirmator. re materia ff. de iur. iur. c. 1.* ad id ad finem dicti libri, in secunda editione, quæ profecto verior & indubia mihi videret, & ideo iuxta eam dictam causam desinui, declarando præfactum præteritum matrimonium ab impuberibus contractum esse nullum, atque eosdem contrahentes liberos ad contrahendum cum aliis, non obstante præd. cohabitatione post pubertatem simul habita, quia ipsa non est sufficiens ad ratificandum & validandum dictum matrimonium hodie a Trento Concilio Trident. *per supradicta:* & eo maxime, quod non in eum finem habita fuit, ut ex ea præsumi posset consensus coniugalis, sed ut cum parentibus simul commorarentur: unde stante præd. declaratione vtri, nullo modo induci potuit nouus consensus coniugalis, sed ut cum parentibus simul commorarentur, quia in clavis non est locus coniecturis, *et in l. continuis, §. cum ita, cum similib. ff. de verb. oblig. & ita iuxta supra iudicavi, quamuis à sententia fuerit appellatum ad superiorem, apud quem nunc lis pendet indecisa.* Tandem post præd. inveni in propriis terminis hanc meam sententiam, quam iudicando sequuta fuit, expressè post longam disputationem sequutum fuisse Matiee. *in rubr. de matr. lib. 5. noue collect. reg. el. 1. n. 57. & seq. Et quod text. in d. §. 1. c. 1. de spons. impub. lib. 6. sit hodie correctus per Concil. Trident. tenuit etiam Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. versio. 6. pag. 41.**

Et supradicta + conueniunt etiam, & vera sunt in 7 matrimonij nullis à principio ex alia causa, quam defectus ætatis legitime, v. p. propter meum, ut in casu *et ad id, quod de sponsal. qui text. hodie non procedit ex supradictis, vel propter aliud legitimum impedimentum, ut consanguinitatis vel affinitatis vel in casu doctrina Caiet. ubi sup. quæ hodie non procedit, attento decreto Concilij Trident. ut resoluti in d. c. 5. de iuram. confirm. in vers. & tenendo, & t. ultra ubi adducta, addo nunc, quod prædict. sententia Caietani ante Concilium Tridentin. grauissimum auctorum, tam Theologorum, quam Iuristarum communis erat, ut alios allegans docet Alfonso à Veracruce in *appendic. ad Specul. coniug. in 10. dubia per totum.* Attamen post Concilium securius est contrarium secundum ipsam, nisi in casu, quo scandalum graue oriretur, & infamia aliquorum vitari non posset, nisi per fecerim expressione consensus, epicheia vtendo. Nam si leges diuine hæc æquitate non carent, ut interdum interpretanda sunt, ut que pro charitate sunt, contra charitatem non militent: à fortiori leges humane & Concilij determinationes, & Pontificum decreta pati possunt epicheiam secundum ipsum, cuius in hoc doctrinam ac distinctionem præfatam sequitur & probat Anton. à Cordub. in *sua Summa de casus de conuincias, §. 1. per totum, præcipue in resolutione questionis, Nihilominus hæc limitatio ex capite videtur esse potius, quam ex mente Concilij: Cum enim in eo certa forma generaliter & indistincte contrahendi deinceps matrimonium præfiguratur cum decreto irritanti nempe: *Qui aliter, quam præsent. parcho & duobus vel tribus testibus, &c.* Consequitur, nulla ex causa à Concilio non expressa licere aliter contrahere: Hæc autem non est huiusmodi: Ergo, &c. Neque enim interpretatio, etiam æquitas, aduersus formam præciam & inuisiolabilem Concilij aliquem mouere debet, ut existimet matrimonium aliter, quam à sacro Concilio præcipitur, contractum validum esse: Quandoquidem Ecclesia, hoc est, sancta Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, iustissimis ex causis id decreuit: Neque quod infamia detegatur vel scandalum sequatur ex noua publicatione faciendâ iuxta formam Concilij, in causa sunt, ut in matrimonium contracti possit abique parcho & testibus: Quandoquidem nec hunc casum excepit Concilium, sed generaliter loquitur, siquæ omnes casus comprehendit, *iuxta infra vulgaria:* alius enim quilibet pro suo libito sub colore æquitatis, forsitan fidei, decreta Concilij facile posset effugere & ex proprio capite legem particularem constituere aduersus Concilij prohibitionem: quod minime est dicendum nec permitendum. Quod si contingat casus præfatus, de quo per Veracruce. *ubi sup.* de nouo contrahentes impetrent facultatem secretam à Penitentiario perpetuo Summi Pontificis, qua confessarios committat in foro conscientie dispensationem, & nouam celebrationem matrimonij abique testibus, ut communiter fieri solet, iuxta declarationem Pij Quinti. Quo iure solent vti Penitentiarij perpetui sedis Apostolicæ, ut ipse testis sum & deduxi *supra in d. c. 5. de iurament. confirmat. 1. parte, numer. 22.* Nec obstat, quod inconuenientia, de quibus in Concilio, vt deantur cessare hoc casu, quoniam dispositio Conciliiatis cum generalis sit, ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptatur, *iuxta leg. nam ad ea ff. de legibus, comprehenditque casus, in quibus non eadem ratio militare videatur, præcipue cum hic possint etiam concurrere prædicta inconuenientia vel alia, quæ de nouo post primum matrim. emergeret: Ideo resoluo, requiri de nouo post primum matrimonium nullum, seruandum esse in hoc secundo matrimonio, vt validum sit, formam præfati Concilij Tridentini. Præterea, licet opinio Caietani & sequa***

sequacium adhuc vera esset, dato scandalo & infamia ex noua publicatione, ut inquit Veracruce & Cordub. *ubi supra,* nihilominus in nostro casu, de quo præfens est quæstio, locum habere minime posset, quoniam impuberes contrahendo matrimonium de presenti, de ne sciunt aut ferre debent esse nullum, ætate prohibente idque omnes etiam norunt: Vnde cum impedimentum publicum, non vero occultum sit, cessant rationes prædictæ tenentium, ob impedimentum occultum ex cuius reuelatione scandalum & infamia oriretur, ob contrahentiumque bonam fidem à principio, licere secreto de nouo contrahere, ut ipsi præfatur atque præsupponunt. Quare cum in nostra specie bona fides contrahentium minime adsit nec impedimentum occultum sed publicum, vt potè ætatis deficiente, consequens est, vt nullo modo matrimonium ab impuberibus contractum, possit ætate legitima superueniente ratificari absque nouo expresso consensu, coram parcho & testibus præstando, licet principio, tempore, quo matrimonium ab impuberibus celebratum fuit, eadem forma interuenisset.

Modo non obstat primum fundamentum partis contrarie supra adductum, quoniam procedit & loquitur, attento iure communi, ante constitutionem & publicationem S. Concilij Trident. at vero postea seruanda est forma eiusdem: Non etiam obest & secundum, quoniam potius ex ipso decreto Concilij requiritur prædicta forma in matrimonij contrahendis, & quod principio fuerit seruata, non prodest nec sufficit, cum matrimonium tunc fuerit nullum, nec hic casus recte dici potest omisus, sed potius in generali decisione eiusdem Concilij comprehenditur: Quandoquidem, ut est prædictum, matrimonium hoc non, *vt ex iure, sed vt ex nunc* valere incipit, tempore igitur, quo matrimonium valere incipit, hoc est, dum validum celebratur, debent esse præsentis parochus & testes, nec sufficit, quod antea adfuerit in sponsalibus de futuro, vt ex eodem Concilio manifeste deducitur.

Tertium etiam, hoc est, doctrina Caieta. non obest, quoniam eidem supra satisfecimus: solum vnus scrupulus nobis se obtulit, vt prædictum verum liberum omnino non iudicaretur à prædicto matrimonio: quoniam est id nullum fuerit, iuris tamen interpretatione resolutum fuit in sponsalia de futuro, *vt in d. c. 5. idem quoque, & in d. l. 3. tit. 1. part. 4.* Ergo licet, tanquam matrimonium, non valeret tunc seruandum sit, quare si cum alia factus pubes contraxerit in facie Ecclesiæ, validum erit & seruandum hoc secundum matrimonium, vt late resoluio D. Couar. in *4. 1. part. c. 3. §. vlt. circa fin. mem. 7.* & præterea plures allegans Matiee. *ubi supra m. 6. c. 1. & probatur in l. 3. circa fin. in versis. fuerat ende. tit. 1. part. 4.* attamen cum hic pubes cum alia non contraxerit, compellendus tamen videbatur, vt prædicta sponsalia de futuro à dimpleret cum priori atque ad effectum per verba de presenti perduceret, iuxta late à nobis tradita *d. c. 5. n. 1. & seq. ubi resoluimus cum communi & veritate in praxi obseruata opinione, sponsalia de futuro non esse sublata à Concilio Tridentino ipsasque obligare in vtroque foro, & ad ea verificanda & adimplenda compellendos esse sponfos.*

10 Hæc tamen obiectio facili negotio dissoluitur, respondendo, illud verum esse atque recte procedere inter puberes promittentes de futuro se contracturos, hi namque compellendi sunt fidem sibi iniucem datam adimplere, vt *ibi deduximus:* at vero in impuberibus secus est, quia in illis sola causa, quod sponsalia fuerunt contracta inter impuberes, sufficiens est, vt postea tempore pubertatis dissolui possint, quia consenserunt in fragili ætate, *vt in c. de illis, el. 1. de sponsal. impub. & ibi Doctores, præcipue Piaz. posit. in 1. per totum, ubi, quod*

est huiusmodi sponsalia sunt valida, intelligitur reuocabiliter, quia si perueniret impubes ad pubertatem, poterit contradicere: Pro quo etiam est bona lex Reg. supradicta *8. tit. 1. part. 4. in versis. la nuena, idem probat text. in c. fin. de despons. impub. & d. c. 1. §. idem quoque, & Couar. ubi sup. n. 5.** Supradicta tamen nostra sententia principalis, de qua supra, n. 3. versis. his ratiocinationibus, limitat, vt non procedat, quoties tempore matrimonij de presenti ab impubere contracti in facie Ecclesiæ, seruata forma sacri Concilij Tridentini, ipse erat potens ad copulam & sic ad generandum, si erat masculus, si vero femina, ad concipiendum, quia tunc pubes est ex habitu corporis, licet pleritudo ætatis deficiat, ac proinde est verum matrimonium & separati non debent, quia in eo suppleuit ætatem malitia videtur: *text. expressus in c. puberes, & in c. de illis, el. 1. de despons. impub. & ibi communiter D. d. text. in c. fin. de eo qui cogn. conian. vxor. sua, & omnes D. d. in locis ar. in. Et hoc non sufficit S. Concil. Trident. nec de eo loquitur.**

Vltimo non possum non mirari, quod nonnulli Doctor Ioan Segura Vbeten. in *sua direct. iudicum Ecclesiasticorum in 2. part. cap. 1. §. num. 6. & 7. & seq. intermis rationis ac roboris praxis vniuersalis tribunalium Ecclesiasticorum, nos in d. cap. 1. num. 1. & seq. dum resoluimus, sponfos de futuro, compellendos esse adimplere fidem sibi iniucem promissam, improbet, exitimans falso, firmiter esse tenendum ac asserendum post Concilium Tridentinum, iudicem minime compellere debere sic de futuro matrimonium contrahere promittentes ad implementum promissionis, quoniam statim sine lite & eius strepitu esse faciendam motionem à iudice, de qua in *cap. requisitis, de sponsalib.* quod si ei non obtemperetur, vniuersalis tribunalis discretique iudicis erit post Concilium Tridentinum desistere potius à coactione, quia volentes sponsi nolentis contrahere, est potissima pars secundam ipsam, inducendi causam rationabilem, vt à compulsionem omnino absterneatur: Nam sicut nos *ibi dem* fatemur cum Ioanne Andrea & Propositi post longam & importunam litem immensasque litigationum expensas à prædicta coactione desistentem esse & excommunicatus, etiam non id petens, absoluentis, quidni à principio & in limine iudicij id fieri?*

Hæc tamen ipsius opinio omnino à veritate est aliena longeque ab ea distat, & ideo à simili doctrina cauendum; Siquidem, vt *ubi sup.* late probauimus & in dicta declaratione Cardinalium expresse caueatur, Concilium non suffulit sponsalia de futuro, sed ea reliquit in terminis iuris communis, quo sufficienter est probatum, valida esse ac ad ea implenda compellendos esse sponfos iuris Canonici censuris, quamuis non exactissima coactione, vt *ibi deduximus:* Nec obstat *d. cap. requisitis,* quia habet sponsum communem intellectum, quem *ibi* retulimus, *num. 4.* ne sit contrarius nostre sententiæ, nempe vt procedat, si nolens contrahere, iustam rationem adducat, puta inimicitia, odij vel fornicationis superuenientis, vel similes arbitrio iudicis: Nam si sponfus prosequatur ipsam odio capitali vel econuerso, ita quod timeatur ex iniuriis nuptiis futurum homicidium vel adulterium vel guerram inter parentes vtriusque, his & similibus casibus debet Ecclesia desistere à compulsionem, vt tenet Abb. *ibi* *num. 4.* & communis: quod si iusta vel rationabilis causa non adsit, præter voluntatem sponsi, cogitur ipse contrahere matrimonium, iuxta communem illius text. interpretationem supradictam. Præterea praxis vniuersalis orbis iam probauit nostram sententiam, & merito, alias enim esset euacuare omnem neruum matrimoniorum, si diceremus, quod consensus non alitringeret inuitos: quod igitur aduersus nos præfatur præcitatior modernus,

est se opponere torrenti vniuersorum tribunalium Ecclesiasticorum eorumque iudicium, iure communi predicto fundato, quod nemo sane mentis tentare deberet, cum sciat, nullius fructus id esse, praemaxime in nostro casu, quo praxis communis iure & ratione nititur, vt probauimus loco supra citato.

S V M M A R I V M

1. Matrimonij contrahendi solemnitas requisita per sanctum Concilium Tridentinum.
2. Denuntiationes, quo procedere debent matrimonium contrahendum, quis remittere cum causa probabilis possit: an Parochus vel Ordinarius? resolutur quod Ordinarius.
3. Parochus remittens predictas denuntiationes absque licentia Ordinarij puniri potest.
4. Ordinarius an remittere possit predictas denuntiationes absque aliqua causa? & num. seq.
5. Dispensandi facultas in lege superioris inferioribus nunquam conceditur, nisi causa cognita & summa maturitate.
6. Causa aliqua rationabilis requiritur, vt Ordinarius predictas denuntiationes remittere possit.
7. Prudentia atque iudicium alicuius, cui aliquid committitur, arbitrium boni viri significat.
8. Causa cognitio requiritur, vbi quis suo arbitrio causam finire potest.
9. Et inueyatione & equitate desinere eam debet.
10. Index in arbitrio requiri non debet, vt rationem reddat, cur ita egerit.
11. Declaratio Reuerend. Cardinalium, vt Episcopus possit post contractum matrimonium, ante illius consummationem si ita expedire iudicauerit ex aliqua causa remittere denuntiationes, etsi non sit suspicio, quod matrimonium malitiose impediretur.
12. Non tamen id potest facere sine aliqua causa.
13. Ordinarius in proposito, vt denuntiationes remittere possit, intelligitur Episcopus sine eius Vicarius generalis & num. seq.
14. Potestas dispensandi non continetur nec transit in generali commissione.
15. Vicarij inferiores & foranei non possunt nec solent concedere licentiam contrahendi matrimonium sine denuntiationibus.

C A P V T X I X.

Ordinarius Ecclesiasticus, an tuta conscientia possit absque vlla causa remittere denuntiationes in matrimonijs contrahendis requisitas.

AD matrimonium rite contrahendum procedere debent tres denuntiationes tribus continuis diebus a parochia in Ecclesia, inter Missarum solemnitas publice faciende, inter quos sit matrimonium contrahendum: quas denuntiationibus factis, si nullum legitimum impedimentum imponatur, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiae procedendum est: quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri posse, si tot praecesserint denuntiationes, tunc vel vna tantum denuntiatione fiat vel saltem parochus & duobus vel tribus testibus praesentibus matrimonium celebratur: deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsint impedimenta, facilius de regantur: nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt praedictae denuntiationes remittantur: quod illius prudentiae & iudicio sancta Synodus relinquit: ita statuit sanctum Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim.

Sed + quoniam Concilium in hac parte non appetit, quis debeat remittere denuntiationes ante contractum matrimonium, quando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri posse, si tot praecesserint denuntiationes, an parochus ipse, vel solum Ordinarius, ansem praebuit aliquibus id in dubium restitandis: videtur enim, quod parochus subsistente dicta causa, possit vtens iure suo, eas remittere ante coniunctionem matrimonij, dummodo ante consummationem eas faciat. Concilium namque in verbis praecedentibus solemnitas ad matrimonium contrahendum, quae praecedere debent, enumerans, praecipit (vt vidimus) parochus, vt praedictas tres denuntiationes in Ecclesia publice faciat inter Missarum solemnitas, tribus diebus festiuis continuis, &c. Quibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiae procedatur, vbi parochus viro & muliere interrogatis & eorum mutuo consensu intellecto, dicat: *Ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, vel alius vtatur verbis, iuxta receptum vniuersalique pronuntiationis ritum, & statim subiicit, Quod si aliquando probabilis suspicio, &c. ibi Tunc vel vna tantum denuntiatione fiat, vel saltem parochus & duobus vel tribus testibus praesentibus matrimonium celebretur.* Itaque vsq; ad haec verba Concilij de munere, iure atq; facultate parochi loqui videtur circa ea, quae ad eius spectant officium & quae ipse absque Ordinario facere potest. Postmodum vero praecipit Concilium, vt in praedicto casu, quo probabilis suspicio fuerit, matrimonium malitiose impediri posse, denuntiationes remissa ante celebrationem matrimonij, ante consummationem ipsius fiant, nisi ordinatus ipse expedire iudicauerit, vt praedictas denuntiationes remittantur: quod illius prudentiae & iudicio sancta Synodus relinquit. Ordinarius itaque est, qui potest iudicare, vt praedictae denuntiationes post matrimonij contractum ante ipsius consummationem omnino remittantur: quod vero in principio ante coniunctionem omittantur, dummodo ante consummationem fiant, videtur parochi incumbere, idque posse eam iure suo facere praedicta ex causa; Quandoquidem Concilium Ordinario id minime reseruauerit, sed tantum an omnino ante consummationem remittenda sint: & in terminis ita tenet atq; interpretatur praefata verba Concilij Alfonso Veraci in suo appendice ad specul. coniug. in 1. dub. in 3. propositi, dicens, quod huiusmodi denuntiationes, quas parochus tenetur inter Missarum solemnitas facere, licet aliqua ex causa possit ipse parochus vtens iure suo remittere ante coniunctionem & celebrationem matrimonij, teneatur tamen eas facere ante consummationem ipsius per tres dies festos. Et expressius idem probat in 4. propositi, dicens, quod ibi, (nempe in dicto Concilio) datur parochus, vt ante trinam admonitionem publicam possit matrimonium celebrare cum vna vel altera publicatione solum, quando suspicio est de matrimonio malitiose impediendo: quare inferri & tenet ibi, quod parochus ex libito suo, si suspicio praefata non adit, non poterit licite omittere huiusmodi trinam publicationem ante coniunctionem matrimonij, quamuis si id faciat, non peccet mortaliter, de se fecando secluso, vt ibidem probat in supra dicta propositi. Eandem principalem sententiam, quod parochus, quando adit probabilis suspicio, quod matrimonium malitiose impediri possit, si tot praecesserint denuntiationes, vt puta, quia pater impeditur possit & teneatur remittere eas sub poena peccati mortalis, anathematis & restitutionis, probat eniche Albornos lib. 4. del arte de los contratos, c. 1. del santo Concilio Trid. in versic. elotavo cap. fol. 153. & seq.

His tamen non obstantibus, contrariam partem, imo quod parochus non possit committere vllam trinam denun-

denuntiationum, de quibus in praedicto decreto Concilij, nec ante celebrationem matrimonij nec ante consummationem ipsius ex praedicta causa nec alia existente, sed quod hoc totum ad ordinarium Ecclesiasticum spectet, praxis communis, saltem huius Episcopatus Ciuitatis, (nec alterius contrarium scio) recepit, quae sic interpreta est mentem ac verba praefata Concilij: & merito, quia ad ordinarium pertinet, eandem cognitionem adhibere, an praedicta suspicio probabilis, quod matrimonium malitiose impediretur, si tot praecesserint denuntiationes, atque suo iudicio hoc discernere. Parochus autem in hoc facile deciperetur atque suorum contemplatione parochianorum ac precibus eorum allectus, prope semper id iudicaret expedire & absque denuntiationibus praecedentibus omnia matrimonia celebraret: hoc autem manifeste est contra mentem Concilij, quae facili negotio defraudaretur si contrariam sententiam admitteremus: & cum causa haec sit magni ponderis, non cuiuslibet parochi (quorum maior pars ignorat discernere, quando omitti huiusmodi denuntiationes debeant) remittitur, sed tota graui & prudenti ordinario est iudicio commissa. Praeterea nullibi expresse decretum videmus, vt parochus causa cognitionem atque decisionem iudicalem hac in re sibi vindicare possit aduersus auctoritatem & iurisdictionem Ordinarij, cui iniuria profecto fieri videretur atque in contemptum sui quodammodo vertetur, si parochus solus id facere posset haberetque eandem iurisdictionem exteriorem, huius saltem respectu, quam Ordinarius ipse: hoc autem absurdum videretur nullo modo tolerandum. Insuper eadem ratio, quae militat, vt Ordinarius possit expedire iudicare, vt omnino praedictas denuntiationes remittantur ante consummationem matrimonij, quod expresse Concilium, ipsamet veritur, vt etiam ante celebrationem id iudicare debeat, existente probabilis suspicione de matrimonio malitiose impediendo, si tot praecesserint denuntiationes: nec differentia ratio probabilis inter vnum & alterum casum reddi potest: Quia etsi sit minus differente denuntiationes, quam illas in totum auferre, quare videbatur prius licere parochi, secundum vero minime, atque proinde hanc rationem diuersitatis posse recte constitui inter vtroque casum: at tamen cum in priori requiratur causae cognitio eaque expresse a Concilio parochi concessa fuerit, sed hoc ipsum reliquerit in iuris communis dispositione, relicta censetur in dubio ordinatio, qui suam intentionem circa hoc cateraque sua potestatis, iure communi fundatam habet: Et praeterea, quia idem Concilium paulo post inferius in vers. deinde, totam hanc facultatem omittendi omnino denuntiationes, reliquit arbitrio Ordinarij: quod ideo expresse Concilium, quia ad hoc nullam requirit causae cognitionem, sed tantum, si ipse expedire iudicauerit: poterit igitur quacunq; ex causa id sibi iustum videbitur, ipsum facere, quod illius prudentiae & iudicio S. Synodus reliquit, hoc est, suo arbitrio, absque aliqua exteriori probatione.

Postremo haec pars aperta efficit videtur, si obseruemus atque animaduertamus particulam illam sine exceptionem, Nisi Ordinarius ipse &c. vt utrumque casum comprehendere, quia respicit omnia supra dicta, quod si aliquando, &c. atque ita ad omnia illa referri debet, l. talis scriptura, & ibi late in l. n. 36. ff. de legat. & ita merito idem Alfonso Veraci ubi supra in 6. propositi in vers. ex quo apparet, hanc secundam sententiam subimit contrarius probauit, dicens, quod ex verbis expressis in Concilio apparet, quod Episcopus in admonitionibus ante coniunctionem matrimonij dispensare possit: quod tamen parochi interdiciendum est. Et hanc partem optime probat & sequitur Menoch. consil. 69. num. 61. & eam

forensis praxis recepit secundum D. Segur. in suo director iudic. Eccles. 2. parte. c. 16. n. 5. Quare si parochus propria auctoritate, absque licentia Ordinarij id faceret, puniri posset, vt docemus in tract. de iuram. conform. 1. part. cap. 51. num. 25.

Nunc + autem videndum est; An Ordinarius possit praedictas denuntiationes remittere ante coniunctionem & celebrationem matrimonij absque aliqua causa vel suspicione? Et videtur dicendum, cum minime hoc facere posse absq; causa, ex verbis supra relatis sacri Concilij, hoc ita demum permittentis, si probabilis suspicio impedendi matrimonium fuerit, si tot praecesserint denuntiationes & sic conditionaliter: Ergo desiciente praedicta suspicione vel alia causa rationabili, hoc minime facere poterit: alias peccabit mortaliter, sine iusta & rationabili causa & non habita prius diligenti inquisitione & cognitione causae dispensans, quamvis matrimonium teneat, vt in versic. qui aliter, &c. eiusdem decreti.

Secundo, + quia nunquam tribuit inferioribus facultas dispensandi in lege superioris, nisi causa cognita & summa maturitate, iuxta idem Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. de reformat. & sess. 25. cap. 18. facit idem Concil. sess. 22. c. 5. docet Innocent. receptum in cap. veniens, de filijs presby. n. 2. gloss. in cap. requiritur, si nisi rigor, 1. quest. 7. Panormi. c. 2. de schismatice. & in cap. at si clerici, de adulteris n. 6. de iudic. Nauar. in cap. fin. de sym. n. 4. tradit late alios allegans Menoch. consil. 1. n. 15. vbi quod alias non dispensatio sed dissipatio appellari poterit, vt tenent omnes in c. 1. & in c. non est, de voto, Abb. in cap. significasti, de elect. capioff. Rebuff. in tit. de dispensat. ad plura benef. num. 52.

Tertia, quia si aliud diceremus, inanis esset conditio a Concilio requisita ad hoc, vt dispensati possint in praedictis denuntiationibus, nempe si probabilis suspicio fuerit, matrimonium malitiose impediri posse, si tot praecesserint denuntiationes: Hoc autem minime est dicendum, quia esset verbis non rebus legem imponere, contra l. cum similib. C. communias, de legat. quae opinio conformis videtur atq; nimium adhaerens literae Concilij, & in terminis eam tenet & probat lac. Menoch. d. consil. 69. n. 61. & seq. & consil. 42. n. 1. cum seq. vol. 5.*

Nihilominus tamen Alfonso Veraci in append. ad specul. coniug. in 1. dub. in 6. propositi, existimat ac probat contrarium, dicens, ad arbitrium Ordinarij posse publicationes inter Missarum solemnitas requisitas relinqui, siue sit aliqua suspicio vel non, vt patet in decreto Concilij: Nam postquam dixerat, huiusmodi denuntiationes per parochum faciendas ante consummationem matrimonij, addidit, Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt praedictae denuntiationes remittantur, quod illius prudentiae & iudicio sancta Synodus relinquit: Haec namque exceptio vtroque casum comprehendit, vt praediximus n. 2. circa fin. vers. postremo. Quid tenendum.

In + hoc vera resolutio est, requiri aliquam causam rationabilem arbitrio Ordinarij ad hoc, vt ipse has denuntiationes remittere possit, siue ante coniunctionem siue ante consummationem matrimonij: Nec solum illa, quae a Concilio exprimitur, nempe probabilis suspicio, quod si tot denuntiationes praecesserint, matrimonium malitiose impediretur, necessaria est & requiritur ad hoc, vt Ordinarius eas remittere possit, sed sufficit, vt alia quauis causa probabilis arbitrio Ordinarij intercedat, vt probatur in ipso Concilio in verbis supra relatis: Nam etsi prius in d. vers. quod si probabilis, ca solum causam expresse pro sufficiens, nempe probabilis suspicione, quod si tot denuntiationes praecesserint, matrimonium malitiose impediretur, postea tamen generalius loquitur, dicens: Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt praed. denuntiationes remittantur, quod illius prudentiae & iudicio sancta Synodus relinquit: Nam

Nam vt supra probauimus, elausula hæc ad vtrumque casum refertur. Quia si Ordinarij prudentia & iudicio remittitur, quod plus est, nempe remittere in totum prædictas denuntiationes, à fortiori videtur eidem concessum, quod minus est, nempe differre prædictas denuntiationes ad tempus celebrari iam matrimonij, ante ipsius tamen consummationem.

7 Præterea, si quamuis Concilium hoc relinquit prudentia & iudicio Ordinarij, nihilominus hæc prudentia atq; iudicium arbitrium boni viri significat, vt late probat Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. quæst. 8. n. 14. & seq. vbi de iudicio, & n. 26. & seq. vbi de verbo prudentia: & tunc causæ cognitio requiritur, vbi quis suo arbitrio causam finire potest, secundum Bart. in l. cum hi, §. vult igitur. num. 1. & ibi Angel. ff. de transact. & plures inferens ibidem Menoch. vbi supra, quæst. 19. in princ. & iure tunc ratione & æquitate diffinire debet, vt late resoluit idem auctor d. lib. 1. quæst. 13. n. 15. & quæst. 14.

10 Causa + igitur aliqua iusta & probabilis mouere debet Ordinarium, vt has denuntiationes remittere possit, quamuis non ea præcisa, quæ à Concilio exprimitur: etsi in arbitratu requiri iudex non possit, vt rationem reddat, cur ita egerit, iuxta ea, quæ tradit idem Menoch. d. l. 1. de arbit. iudic. quæst. 40. Et prædicta resolutio approbata est hodie, declaratione Reuerendissimorum Cardinalium, ad interpretationem dubiorum sacrosancti Concilij Tridentini deputatorum: Illi enim in nostris propriis terminis declarauerunt præfati Concilij decretum in hunc modum: Episcopus + potest, etiam post contractum matrimonium, ante illius consummationem, si ita expedire iudicauerit, secundum eius prudentiam & iudicium, ex aliqua causa arbitrio suo remittere denuntiationes, etsi non sit suspicio, quod matrimonium malitiose impediatur: vt deduxi ex quodam Sumpto prædictarum declarationum, quarum hæc erat decima quarta in ordine & eam refert in terminis D. Segura vbi supra, d. num. 5.

11 Poterit + igitur Episcopus ex aliqua ratione iusta, sibi tantum cognitæ, prædictas denuntiationes remittere, & ita sit læpissime. Cauet tamen omnino, ne sine aliqua iusta causa id faciat, etiam si suo arbitrio id sit commissum. Quandoquidem, vt prædicabamus, de arbitrio boni viri intelligitur, atque ideo iure, ratione & equitate hac in re vti debeat: & præterea hoc significant verba illa: Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit & c. Alias enim si ad libitum, absolute & sine causa id facere posset, non esset arbitrium nec iudicium iuris ratione regulatum, sed potius libera voluntas, & frustra diceret Concilium; Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit. Præterea non esset bona prudentia nec iudicium ratione regulatum remittere absque vlla causa prædictas denuntiationes: cum tamen Concilium prudentia & iudicio Ordinarij hoc relinquit, significant profecto verba hæc atque aperte insinuant ratione vti debere in hoc Ordinarium, alias non esset opus eius prudentia, sed tantum liberæ voluntati relinquere sufficeret: causa igitur rationabilis mouere debet Ordinarium, vt hoc faciat, alias peccabit + quamuis matrimonium teneat. Sæpe enim remissio harum denuntiationum à contrahere volentibus petitur, vt impedimentum forsan aliquod existens non detegatur, impediens matrimonium contrahendum, non tamen dirimens iam contractum, nempe aliorum sponsaliorum de futuro vti simplicis castitatis & similia; Hoc namque ipsi occultant Ordinario, commentitiam aliquam causam eidem præ oculis adducunt, vt eum ad remissionem præfatam inuident atque inducant (ô bone Deus, quibus hodie fraudibus & cautelis vtuntur, ut scelus es qui nocis atque scuturis corda hominum + illumina, quæso, ea, vt à recto non deuant, sed te solum Deum

semper scētentur actus mandatis obtemperant, vt ad celestem patriam peruenire mereantur) Ordinarius igitur præcaueri debet, an aliqua rationabilis causa existat remittendi prædictas denuntiationes: quod si ea, suo iudicio ac prudenti consideratione adfit, secute id facere poterit, quamuis eo tamen ignorante, aliud impedimentum ex supradictis modo enumeratis & à partibus fraudulenter occultatis adesse; In hac enim specie cum Ordinarius ipse fecerit, quod in se est, & quod ipso Concilio permittere potuit, minime sibi imputandum est, si quid præter intentionem contigerit, sed tantum partibus in re hac male se habentibus: & ita ipse tanquam Ordinarius Ciuitatis, nunquam remissio prædictas denuntiationes sine causa, sed cum aliqua rationabili allegata & rebus probata, nempe ea, quæ exprimitur à Concilio, vel alia iusta & rationabili scriptis & aliquando verbo. Ordinarius autem + in proposito intelligitur Episcopus, siue eius Officialis vel Vicarius generalis, quem Prouisor appellamus, quia vnum & idem tribunal & auditorium censetur Episcopi & Vicarij generalis ipsius: & quod facit Vicarius dicitur Episcopus facere, ex tex. in c. 2. de consuet. l. 6. e. Romana, in princ. de appell. eod. l. 6. & in terminis ita tenet Alfonso à Verac. in append. ad Specul. coning. in 1. dub. propof. 6. ad fin. & D. Segura vbi supra. Hoc + tamen intelligendum videtur, quando hæc potestas dispensandi in specie fuerit Vicario ab Episcopo concessa, & non alias: In generali enim commissione non transit nec continetur potestas dispensandi, iuxta tex. in c. quod translatione, de off. legat. est gl. celebris in c. qua de causa, 2. q. 4. Calder. conf. 3. de offic. vicar. Domin. conf. 38. col. 3. Prob. in c. stantium, n. 29. de rescript. in 6. Rebuff. in praxi beneficii, de forma vic. n. 44. & n. 179. Nam. in Manual. c. 27. n. 25. arg. in c. 2. & fin. de offic. vic. l. 6. & eorum, quæ docet D. Couar. lib. 2. var. resol. c. 5. n. 9. & lib. 3. c. vlt. n. 4. & iuxta gl. receptam in c. si vnus, de offic. de leg. l. 6. Et in terminis Concilij Tridentini, de quibus agimus, ita tenet & probat Menoch. conf. 69. n. 55. & seq. vbi amplius vult, nempe non posse munus hoc tam graue mandari Vicario, cum sit personale, ab ipso sacrosancto Concilio Tridentino Episcopo iniunctum, intelligens Ordinarium, de quo loquitur Concilium Tridentinum, esse tantum Episcopum in proposito, non vero ipsius Vicarium.

Nihilominus etiam in nostra specie, de qua agimus, verior videtur opinio Alfonso à Verac. indistincte, pro vt ipse etiam sentit, nempe quod Prouisor seu Vicarius general. Episcopi, siue speciale mandatum ad id habeat ab Episcopo, siue tantum generale, possit pro suo arbitrio atq; iudicio & prudentia remittere prædictas denuntiationes. Primo, quoniam dictus textus Concilij in verbis sæpe relatis, ordinario nuncupatim concedit hanc facultatem, nec nominatim loquitur tantum in Episcopo, sed in Ordinario, quod nomen generalius est, comprehenditque tam ipsum Episcopum, quam Prouisor seu Vicarium generalem, quia hic Ordinarius est Ordinariusque habet iurisdictionem, vt in tit. de offic. ordin. est que de se notissimum: & præterea probatur in quam pluribus eiusdem Concilij decretis, loquentibus de Ordinarij locorum, & præcipue sess. 6. in c. de refor. & alibi sæpissime, quibus plura facienda committuntur ac mandantur: & tamen certissimum est, id non tantum ad Episcopos, sed & ad eorum Prouisores seu Officiales generales spectare: Nam si alium diceremus esse ineptissimum. * Et probat nouissime Flam. Parif. de resignat. benef. lib. 3. quæst. 11. num. 20. cum seq.

Cum igitur Ordinarius hoc possit, consequitur manifeste, vt Prouisor seu Vicarius generalis Episcopi, possit remittere prædictas denuntiationes arbitrio suo. Secundo, quia si Concilium aliud voluisset, expressisset

set: argum. l. vnica. vbi autem, in fin. ibi: Nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas, coniunctim ea disponere C. de caduc. tollend. Idem probatur in cap. inter corporalia ibi: Vnde si circa, de translat. Episcopi, congerit plurima Truaguel. in l. si vnam, verbo, lib. 2. n. 3. C. de reuocand. donationib. Rolandus à Valle consil. 68. numer. 35. libr. 4. scus idem Concilium id expressit in cap. 6. in fin. de reformat. sess. 24. Cum ergo in nostra specie hoc non expresserit, quinimo generaliter loquens, id reliquerit Ordinatio, tam Episcopos, quam eius Vicarius generalis id facere poterit: Lex enim generaliter loquens, generaliter est intelligenda, l. de precio, ff. de publico in rem actione, cum similib.

Tertio, quia Concilium in hac parte non vitur verbo, dispensandi, sed verbo, remittendi, deferendo Ordinario, vt si ipse expedire iudicauerit, posse remittere prædictas denuntiationes, sicque cessant supra in contrarium adducta circa materiam dispensationis, in qua possent iure procedere: non vero conuenire videntur in proposito, cum diuersa, inter se videantur dispensate & remittere. Præterea etfi Concilium loqueretur per verbum, dispensandi, cum tamen facultatem tribuat Ordinario id faciendi, non vero solis Episcopis, eorum Vicarij generales idem facere possent ratione suæ iurisdictionis ordinariæ, cui hoc tribuitur, nisi Episcopus hoc sibi foli specialiter referuauerit, tunc enim ipfius Prouisor seu Vicarius generalis, id facere minime poterit.

16 Vicarij t autem inferiores & foranei, de quibus agit clementin. 2. de rescript. cum gloss. in verb. foranei, recepta ab Alexand. in rubr. ff. de offic. eius qui possit, in iurisdic. lib. 17. & Couar. lib. pract. quæst. cap. 4. num. 8. & lib. 3. variat. resolut. cap. fin. non possunt nec solent hanc licentiam concedere, vt aduertit etiam Veracruz vbi supra fol. 5. in princ.

S V M M A R I V M.

- 1 Filius matrimonium contrahere potest sine patris consensu. Idem in filia, de iure canonico, num. 2.
- 2 Filius nihilominus cum consilio patris uxorem ducere debet: quod à sacro Concilio Tridentino non reuocatur, num. 4. Ratio huius, num. 7.
- 3 Dicitur, Præter idem est, quod maxime.
- 4 Natura ditionis, Maxime, est, vt explicet casum minus dubitabilem & implicet magis dubitabilem.
- 5 Filius etsi sine patris consensu possit matrimonium contrahere, non tamen sine peccato potest patris consilium spernere.
- 6 Pater iuste potest persuasivibus & cohortationibus impedire filium, ne aliquam in uxorem ignominiose, perperam & sine consilio ducat, dummodo non vti violentia quadam id fiat, & num. 27.
- 7 Ordinarius non debet tunc temporis denuntiationes remittere nec licentiam præstare filio ad contrahendum absque eius, & latius num. 23 & seq.
- 8 Plus est inducere ad contrahendum, quam ad non contrahendum matrimonium cum vna.
- 9 Malitiose fieri dicitur, quod iniuria fit, dolo adhibito, cum malitia sit calumnia.
- 10 Filius familia ducere uxorem indignam patre inuito vel inscio, est ledere eius patrie potestatis ac proinde ei iniuriam facere.
- 11 Malitiose aliquid facere dicitur, qui salua conscientia facere non potest.
- 12 Abraham iam procreate ætatis factus seniorum seruum suum adiuuauit, ne de filiabus Canaanorum filio suo Isaac uxorem accipiat, sed ex terra & cognatione sua & idem prope præcipit Isaac filio suo Jacob.
- 13 Conditio illas, si patri placuerit, in contrahendis matrimoniis, honesta ac valida est, non vero turpis.

- 17 Causa vitanda discordia & dissidijs, iusta & rationabilis est, vt monitiones remittantur & vt ab sponsalibus recedatur, num. 20.
- 18 Vere dissidium inter eos, qui se amore obracati dicunt, facile exoritur, matrimoniumque ex eo infelicem exitum habent, sicut illa, que coactione fiunt.
- 19 Amos Davidis filius cum Thamar deperisset, cubauit cum ea, & deinde ex eam habuit odio magno nimis, ita vt maior esset odium, quo eam amant, quam amor, quo antea dilexerat.
- 20 Dem odio non habet illum, qui uxorem ducit, cum tamen illum odio habeat, qui inter fratres discordiam seminat.
- 21 Pater potest ad tempus matrimonium filij impedire.
- 22 Arbitrio Ordinarij relinquitur iure communi, an denuntiationes remittere debeat.
- 23 Parentes solent maxime indignari, quod filij cum inæqualibus contrahant matrimonium eosque exheredes facere.
- 24 Episcopus ex rationabili causa potest dispensare, ne prædictas denuntiationes fiant, vt in exemplis hic positis.
- 25 Ordinarius quando pater iuste impedire potest matrimonium filij, non debet remittere prædictas denuntiationes: si vero timeatur maior aut prius damnus ex ipsis denuntiationibus, si præcesserit iustitiam erit eam remittere.
- 26 Pater si filius cum equali contrahat vel meliori sine eius consilio, etsi conueniri possit, non tamen iuste matrimonium impedire valet.
- 27 Denuntiationes remitti possunt, quando filij sub potestate nouercales essent cogniti, vt hic: causa tamen cognitionem tunc interuenire oportet, num. 31.
- 28 Cap. 9. ad fin. de reformat. matrim. sess. 24. sacri Concilij Tridentini declarauit.

C A P V T XX.

Pater an iuste, absque peccato possit impedire matrimonium filij, absque eius voluntate, contrahendum cum dispari status & conditionis femina.

Filius, etfi matrimonium valide contrahere possit sine patris consensu, vt existat recepta magis Dd. opinio in l. imprius, de reg. iur. & scribunt copiosè Laurent. Calcan. consil. 13. num. 8 & Paulus Parif. consil. 29. num. 2. lib. 2. Jacob. Menoch. consil. 69. num. 19 & sequ. cuius ratio ea dicitur esse, quod matrimonium liberæ voluntatis est, cum perpetua seruituti homo ligetur, & ideo, licet filius debeat subesse patri, non tamen ita vt seruus & mancipium, quemadmodum diceretur subesse, si cogetur ad patris voluntatem uxorem ducere, vt perpendit doctissimus D à Soto in 4 sent. dist. 28. qu. 1. art. 1. in fin. & Petrus à Soto in comment. de instit. sacerdot. in de Sacramento. matrim. lect. 4. post Dium Thom. in 4 sentent. dist. 19. sequitur etiam Menoch. vbi supra.

Et t quod filia iure Canonico attento, possit libere absque patris consensu vel licentia nubere, probat Didac. Couar. in 4 decret. 2. part. cap. 3. §. 8. num. 1. Eamque testatur veriorum & magis receptam sententiam iure Pontificio veteri & nouo, idem Menoch. de arbit. iudic. cent. 5. casu 452. n. 8. vbi plures auctores refert huius opinionis & late probat Didac. Perez in l. i. tit. 1. l. 5. ordinam. fol. 26. Cellus consil. 38. n. 1. late quoque nos deduximus lib. 2. practicarum questionum, num. 2. & 3. Id quod hodie expresse approbauit sacrosanctum Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 1. in princ. de reformat. matrim. vbi sancta Synodus anathemate damnat, qui falso affirmat, matrimonia, à filiis sine consensu parentum

tum contracta irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse.

Hæc tamen licet ita se habeant, filius nihilominus cum consilio patris uxorem ducere debet, non vero sine eius consilio, ut aperte Theologus omnes affirmant, secundum Dominicum à Soto ubi supra, unde aliter faciens absque rationabili causa, peccabit mortaliter, iuxta text. in cap. honorantur 23, quasi. 2. in illis verbis iudicium spectat parentum, & ibi, ita ut electionem mariti parentibus deferat: & docet Navar. in Manual. cap. 1. n. 15. Dominic. à Soto ubi supra. & Petr. Soto ubi supra. lect. 3. Decanus Louanien. de impedimento matrim. fol. 352. Alfonso à Veracruz in specul. coniug. 3. part. art. 20. concl. 3. fol. 649. Menoch. de consil. 69. n. 19. & 23. Burg. de Paz consil. 20. num. 7.

Hoc tamen Concilium non reuertitur à Sacrosancto Concilio Tridentino loco supra citato: Nam est vna tantum ratio, qua clandestina matrimonia exterminant, considerant factam Concilium, nempe quod aliqui æternæ salutis immemores clam dudam uxorem sperabant & cum alia palam contrahebant, atque ita perpetuo vivebant in adulterio: aliis tamen rationibus ad ita statuendum, vere adductum fuisse significat illa dictio, præsertim. Nam cum in superioribus dixerit, Verum cum sancta Synodus animaduertat, prohibitiones illas, propter hominum inobedientiam iam non prodesse & graviora peccata perpendat, qua ex eisdem clandestinis coniugis ortum habent, addit præsertim eorum, qui in statu damnationis permanent, &c. Illa tamen quæ dictio, præsertim, quæ idem est, quod maxime, ut copiose scribit Albert. in suo dictionar. in verb. præsertim, hoc significat, quia natura dictionis maxime est, ut explicet casum minus dubitabilem, & implicet magis dubitabilem, ita Dec. in l. qui se patris, num. 10. C. unde liberi, idem de dictione, præcipue, respondet Socin. lun. consil. 86. num. 7.

Ex tamen multis ergo rationibus illa vna fuit, quæ rei nostræ conuenit, quod iure naturæ, quo patentes in liberos funguntur, sub quorum sunt potestate, conuenit ne citra patris consilium aliquid de re tam gravi, ut est matrimonij vinculum, à quo totum vitæ institutum pendet, filius delibet & ipsa perpetuitatis ratio & amoris nexus, quo debent coniuges conglutinari, per quam maturum concilium in pacificendis conciliandisque nuptiis exposcit, ne facti, quod leuiter contractum est, diu contrahentes peniteat. Hanc rationem fuisse persensam ab optimis illis Patribus, qui sacro Concilio interfuere, testis est Dominic. à Soto ubi supra col. 3. in prim. & ibi in fine illius articuli concludit, quod est tamen filius patris consensu possit matrimonium contrahere, non tamen sine peccato potest patris consilium spernere. Quod etiam affirmavit Petr. Soto, ubi supra, & Menoch. de arbit. iudic. centur. 5. casu 452. cum sequ. idem sequitur ipse Menoch. d. consil. 62. n. 25. & sequ. & utrobique prædicto modo Concilium intelligit, nempe, ut non excludat patris consilium, quamuis matrimonium filius sine consensu patris contractum validum esse statuat.

Ex tamen prædictis satis deducitur, quod pater iuste possit suasionibus & cohortationibus impedire filium, ne aliquam in uxorem ignominiose perpetam & sine consilio ducat. Quandoquidem filius tenetur eius consilium, quamuis non consensum, ad id requirere. Concilium enim Trident. sess. 24. c. 1. de refor. matrim. in versic. quod si aliquando, id demum matrimonij impedimentum tollere intendit, quod malitiose opponi probabiliter presumitur, ob eamque causam permittit, ut vna tantum denuntiatio fiat, vel saltem contracto matrimonio coram parochio & testibus, ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, ut prædictæ denuntia-

tionem remittantur, quod illius prudentiæ & iudicio sancta Synodus relinquit: Hoc autem patris impedimentum, quando iusta causa impedendi adest, propter magnam inæqualitatem & disparitatem contrahentium non est malitiosum, sed iustum, dummodo non vi aut violentia quadam id fiat, sed ratione, ut est prædictum: Erit igitur licitum in conscientia patris, huiusmodi matrimonium impedire. Quo tamen sit, ut Ordinarius tunc temporis non debeat remittere denuntiationes ac proinde licentiam filio contrahendi concedere coram parochio & testibus absque eo, quod denuntiationes præcedant, etiam si postea sequi deberent, tamen, ne pater ipse filij hoc sciens, valeat huiusmodi matrimonium impedire, cum reuera in hac specie sine causa dispenset, & non malitiose sed iuste pater possit impedire: Fieri enim non potest, ut pater filio in matrimonio consilium præbeat, si eo inscio filius contrahat, quod ex sequentibus etiam comprobatur atque verum effici videtur.

Primo, tamen quia plus est inducere ad contrahendum, quam ad non contrahendum matrimonium cum vna, cum in contrahendo videatur homo perpetua seruituti alligari, ut cum S. Thoma probat D. Soto in 4. sentent. dist. 29. quasi. 1. artic. 4. & tamen non contrahendo cum vna remaneat liber, ut cum alia possit contrahere: Poterit ergo etiam suasionibus efficere, ne aliquam ducat, quando iusta causa impedendi adest.

Secundo, tamen quia malitiose fieri dicitur, quod iniuria fit, dolo adhibito, cum malitia sit calumnia, ut in specio exponit gloss. fin. in c. ult. de clandest. desponsat. recepta & scribentibus ibidem, & à Menoch. lib. 2. de arbit. iudic. casus 23. Hippol. consil. 72. n. 73. & consil. 68. in 1. part. & à Socin. lun. in l. filiusfamilias, §. dicit, n. 6. ff. de legat. Sed dolo & malitia hæc non conuenit in hac specie in patre, quia iure suo vitatur, atque ita consequenter nemini iniuriam facit, dum consilium filio præbet, ne contrahat cum minus digna, quinimo filius peccat, dum hoc casu consilium patris reuertit atque spernit, ut est prædictum. Quam indignationem late confiderat Paris. consil. 29. num. 17. cum multis sequ. lib. 3.

Tertio, tamen superiora comprobantur, quia licitum est, etiam iure naturæ, vnicuique, propullare iniuriam, ut in l. et vim, cum materia, ff. de iust. & iur. Sed filiusfamilias ducere uxorem indignam, patre inuito vel inscio, est lædere ius paternæ potestatis, ac proinde ipsi patri iniuriam facere l. vnic. C. de apt. virg. Ex qua ita censet post Hostien. in sum. de claud. matrim. n. 5. Palud. in 4. sent. qu. 28. qu. 2. art. 1. Ergo iuste pater poterit defendere ius suum paternæ potestatis, matrimonium huiusmodi impediendo. Nam tamen malitiose aliquid facere dicitur, quod salua conscientia facere non potest, cum malitia sit peccatum, teste Apostolo ad Ephes. cap. 4. & 1. ad Corinth. cap. 5. At pater, salua conscientia, impedire poterit, ne filius cum indigna contrahat. Ergo malitiose impedire non dicitur: Minor probatur lege diuina, Genes. cap. 24. vbi Abrahæ iam promittit ætatis factus seniozem 4. seruum suum adiurat, ne de filiabus Canaanorum filio suo Isaac uxorem accipiat, sed ex terra & cognatione sua Et Genes. 28. scriptum est, Isaac itaque præcipisse filio suo Iacobi, Noli accipere coniugem de genere Canaanorum, sed vade & proficiscere in Mesopotamiam Syria, ad domum Babelis patrem matris tue, accipe tibi in uxorem de filiabus Laban annuntii tui: quod latius profecquitur Menoch. d. consil. 69. n. 34. & sequ. Consequentia patet: Igitur, &c.

Quarto, tamen quia conditio illa, si patri placuerit, in contrahendis matrimoniis honesta ac valida est, non vero turpis, ut in cap. super eo, & in l. per tuas, de condi. apposit. & ibi communiter Dd. l. 3. tit. 1. & l. 3. tit. 4. part. 4. & ibi Greg. Lop. Angel. de Clausis in sua sum. verb. matrimon. impedim. 3. num. 3. Syluest. verbo matrimonium, 3. num. 3. Ergo

Ergo voluntas patris repugnans matrimonio contrahendo, non dicitur afferre iniustum impedimentum, quia si verum id esset, opus esset dicere, matrimonium contractum, si patri placuerit, esse contractum sub turpi conditione, cum turpe sit, quod ex malitia sit, ut est prædictum. Antecedens est falsum, ut videmus: Ergo & consequens.

Quinto, quia tamen ex huiusmodi matrimonio filij cum indigna contrahentis, summa discordia inter patrem & filium, & inter consoceros induci posset, ut experientia docet: sed causa vitanda discordiæ & dissidij, iusta & rationabilis est, ut in hac specie existimavit Abb. in c. requisit. n. 4. de sess. ubi exemplificat. Et in his terminis Felin. consil. 26. num. 21. Ergo iuste licet patri impedire hoc matrimonium: Præmaxime, tamen quia vere dissidium inter eos qui se amore obsecrati ducunt, facile exoritur matrimonij, infelicem ex eo exitum habent, sicut & quæ coactione fiunt: argument. dist. c. requisit. amor enim excessiuus cogit amantes coniungi absque prouida in futurum cogitatione. Cuius rei exempla sunt manifestata in diuinis literis. Amnonij enim Daudis filius, cum Thamar deperisset, cubauit cum ea & deinde ex eam habuit odium magno nimis, ita ut maius esset odium, quo oderat eam, quam amor quo antea dilexerat, ut legitur 2. Regum, cap. 13. probat Iacobi Menoch. dist. consil. 69. num. 44. & sequent. Ergo cum forsan, imo verisimiliter à communitate accitibus odium causabitur inter ipsum virum & uxorem, quia adolescens imprudens facti poenitent, tum præsertim, quo d bonis paternis (excepta legitimis) priuari possit à patre suo, imo etiam odio ipsius, fratrem vel fratrem meliorabit in his Regnis in tertio & quinto, ut sibi legibus Regis permisum est, uxorem etiam odio prosequi incipiet atque ita inter eos perpetua erit discordia, tamen quæ sane causa rationabilis est, ut recedat ab sponsalibus atque ita matrimonium impediatur ut scribit Abb. ubi supra. Quot autem & quanta mala ex discordia proueniant, copiose ac sancte scribit Beatus Antonin. Archiepiscopus Florentin. in 2. parte sue Summe tit. 4. cap. 3. Accedit, tamen quod Deus odio non habet illum, qui uxorem non ducit, cum tamen illum odio habeat, qui inter fratres discordiam seminat, ut legitur Proverbiorum cap. 6. potest ergo melius omitti matrimonium, quam discordiam inter patrem & filium excitare: præsertim cum adolescens qui impeditur à patre ducere aliquam uxorem, non impediatur in bono matrimonij; quia alteram cum patris consilio, sine conditioni patrem ducere poterit, & illa quoque alteri æquali nubere: & hoc dicitur impedimentum tamen non perpetuum, sed ad tempus; quod iure patri permittitur, ut in specie post alios notat Decius in l. nuptias, num. 10. ff. de regul. iur. & Menoch. d. consil. 69. num. 52. & 53.

Præterea tamen & respectu Ordinarij, quod serupulo careat, si hoc casu denegat licentiam contrahendi matrimonium absque denuntiationibus præcedentibus, quinimo, ut intelligat melius facere, si eam denegat, quæ si cõcedat, facit. Nam est matrimonium magnum sit Sacramentum, restantem Apostolo ad Ephes. c. 5. probat Canon. in 4. part. 2. c. 1. §. unico, num. 2. attamen melius est Sacramentum hoc omittit, quam discordiam inter patrem & filium excitare. Nam scriptum est Matth. cap. 5. Si ergo frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum ante altare & vade prius reconciliari fratri tuo & tunc veniens offer munus tuum: Ergo sicut munus, quod diuino numini offertur, non se compatiatur cum odio & discordia proximi, ita etiam nec matrimonium, ex quo maxima inter patrem & filium speratur iure discordia, contrahi debet, quoque reconcilietur; Non igitur Ordinarius ægre ferre debet, quod matrimonium hu-

iusmodi inter valde dispares, impediri facile possit, si tot denuntiationes præcesserint, & quod malier ipsa absque remedio manebit: Quandoquidem iure optimo & iura conscientia absque malitia aliqua id impedite possit pater, ut supra probauimus, & huc se ipse exponit periculo femina, quæ alioquin nubere vult, inscio patre viri. Aliud ergo querat consubium suo statui concedens quod si honorem & pudicitiam suam indifferere profuderit, sibi impuret, cum præfatus pater iure suo contradicere valeat. Præterea Ordinarius dispensare in hoc non tenetur, nisi quando probabilis suspicio esset, quod matrimonium malitiose impediri posset, si tot præcesserint denuntiationes, ut in Concilio. Deficiente ergo prædicto malitioso impedimento, & stante iusto atque rationi iurique consono, ut monitiones non remittantur, potest & debet formam & solemniam Concilij in matrimoniis contrahendis integre & suo ordine seruare: Si ergo hoc potest & tenetur. Igitur si obferret, nihil timeat: Quinimo in hac specie si aliud faceret, dum matrimonio inter valde impares fauere vellet, sibi forsitan suæque conscientia damnatum atque detrimentum inferret, tanquam cooperato atque executor peccati filij, nolentis deserre honori patris atque obligationi, qua tenetur consilium eius exquirere in matrimonio contrahendo. Præsertim quod ipse filius, si consilio habito cum patre, adhuc non obstante ipsius contradictione, eandem ducere velit uxorem, pater hoc impedire de facto uelire non poterit, tuncque Ordinarius, præcedentibus denuntiationibus, si aliud Canonici non obstitat, poterit & debet licentiam præstare matrimonium contrahendi, si que facienti, quod in se est. Deus non denegabit suum auxilium. Et in terminis superiora omnia, tum ex luprad, tum etiam ex aliis fundamentis latissime probat & tenet Iacobus Menoch. dist. consil. 69. num. 15. & sequent. 27. que in finem. Et in patentibus idem probat in terminis F. Anton. Cordub. in suo tract. de casis de conscientia, in secundæ editione quest. 171. fol. 465. eolum. 7. adde nouissime Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 8. ordinament. fol. 284. col. 2. de hoc agemem. Et ita est tenendum, quamuis Albornoz lib. 4. del arte de los contratos, tit. 3. del sancto Concilio Tridentino, in versic. oltano capitulo, fol. 153. late probet contrarium, nempe parochum vel Ordinarium hoc casu non remittentem denuntiationes, peccare mortaliter & tanquam impedientem matrimonium incurere anathema, de qua in cap. 9. de reformatione matrimonij, dista sessio. 24. & ad restitutionem parti læsæ teneri: sed in primis, quantum ad parochum, cum ad ipsum hoc non spectet, ut late supra resoluiamus capitulo proximo, falsum dicit. Quoad ordinarij, data maxima inæqualitate contrahentium ibidem per supradicta, respectu autem anathematis fallitur manifeste, ut ex infra dictis in fine huius capituli apparebit, & ita merito nouissime cum reprehendit Menochium, sequitur Ioannes Segura in suo directorio iudiciorum ecclesiasticorum. 2. part. cap. 16. nu. 8. & sequent. dicens, quod Albornoz in hoc ventos de Thesauris suis produxit & veniens in altitudinem matris, compellat demerit eum: & ita nos cum saepe ac sepius fuerimus requisiti, ut præfatas denuntiationes aut matrimonij celebrationem remitteremus ob timorem prædictum, quod si præcesserint, matrimonium probabiliter malitiose impediri posset, & si hoc probatos eas remiserimus, semper tamen obleruare solitus sum, an sit æqualitas inter contrahentes vel parua distantia, tunc enim faciliter annuo, si vero esset magna in æqualitas (quod coram me nunquam contigit) non concederent.

Hæc tamen quamuis ita se recte habere videantur, non tamen carent difficultate, & primo, quia, ut in cap. precedenti, diximus, arbitrio Ordinarij relinquitur, que